

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus divina favente clemencia Romanorum tercius imperator augustus. Universis dei nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter nos marchionem Ekbertum^{a)} post priorem rebellionem, quam ipse adhuc puer cum ceteris Saxonibus in nos exercuerat, gratiam nostram
 5 requirentem data venia ad nos benigne recepimus, receptum omnino sicut filium amplexi sumus magis videlicet etati eius et consanguinitati condescendentes, quam impietatis facta pensantes, deinde cum universa Turingia^{b)} et Saxonia nobis reconciliata^{c)} obedire cepisset, ecce de improvviso adoptivus ille noster filius Ekbertus^{d)} quasi ex ipso dileccionis nostre sinu prosiliens arma corripuit, pietate, fide, legibus et sacramentis suis promiscue violatis,
 10 Saxones et Thuringos^{e)}, quoscumque potuit, in societatem furoris ac sceleris attrahens absque omni iusta vel probabili causa non solum exinanire dignitatem nostram, sed et vitam nostram^{f)} erecto vexillo moliebatur extinguere. Ob huiusmodi culpam comprovinciales eius Saxones et Thuringi^{g)} presentibus nobis et principibus nostris in ipsum iudiciario ordine quesitam sententiam proferentes eum sicut manifestum inimicum imperii nostri perse-
 15 quendum^{h)} censuerunt, predia vero et que a nobis tenueratⁱ⁾ beneficia, nostre dicioni ex iure gencium et consensu omnium, qui aderant, adiudicaverunt. Ex eisdem bonis nos comitatum quendam^{k)} nomine Islegowe cum omni iure et utilitate, quem Ekbertus^{d)} exinde habuerat, tum pro remedio anime nostre tum ob fidele servicium dilecti nostri Conradi Traiectensis episcopi beato Martino ad ecclesiam Traiectensem in proprium tradidimus.
 20 Cuius donacionis auctoritas, ut in perpetuum stabilis et inconvulsa permaneat, hanc kartam^{l)} inde conscribi, quam, sicut infra apparet, manu propria roborantes impressione sigilli nostri iussimus insigniri.

Signum domni^{m)} Henrici tercii Romanorum imperatoris augusti.

Heremannus cancellarius vice Wezelonis archicancellarii recognovi.

25 Data iiii. non. aprilis anno domini m. lxxxvi., indictione .ix., anno autem domni^{m)} Henrici regni quidem .xxxI., imperii vero iii.; actum Ratisbone; in Christi nomine feliciter amen.

156.

*Kaiser Heinrich IV. verfügt die Vereinigung des olmützer Bisthums mit dem prager und bezeichnet
 30 genau die Grenzen des derart erweiterten prager Bisthums. Regensburg, 1086 April 29.*

Hdschr.: Cop. Saec. XII. Reichsarchiv München.

Gedr.: Stumpf, Acta imperii 79. Stumpf 2882.

Ann.: Vergl. Einl. 195 Ann. 171. S. A. 363 Ann. 171. Ficker, Beiträge 1,132.

— — Termini autem eius occidentem versus hii sunt. Tugust, que tendit ad
 35 medium fluminis Chub, Zedlza et Lusanę et Dazana, Liutomerici, Lemuzi usque ad mediam silvam, qua Boemia limitatur. Deinde ad aquilonem hi sunt termini. Pssouane, Chrouati et altera Chrowati, Zlasane, Trebovane, Pobarane, Dedosize usque ad mediam

155. a) Egbertum B. b) Turinga. c) reconsiliata B. d) Egbertus B. e) turingos B. f) nostram fehlt A.

g) turingi B. h) prosequendum B. i) obtinuerat. k) quondam B. l) cartam B. m) domini B.